



Antiqvae Lectionis Tomus ...

Bipartitvs, In Qvo L. Vetera Monvmenta, Nvnqvam Visa, Pavclis Exceptis -
Quorum Catalogum versa pagina indicat

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1604

38. Synodus Ingelheimensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64177](#)

SYNODVS ENGILENHE- MENSIS.

Nunc primum edita ex m.s. Cod. Mona-
sterii Weingartensis.

Nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, anno ab In-
carnatione Domini nonagesimo quadragesimo octa-
uo, Indictione VI. VII. Idus Ianuarii. Anno Serenissimi
Regis Ottonis XIII. ipso quoq; cum Illustrissimo Rege
Ludouico in praesentia manente, sancta ac generalis Synodus apud
Engilenhem in Ecclesia sancti Remigii Confessoris Christi, in pago
Nagauui dicto collecta est, præsidente videlicet domini Agapiti Pa-
pa * Apocrifario venerabili Polimarcensis Ecclesiae Episcopo, Mari-
no, & considentibus Archiepiscopis Wighfredo sanctæ Colonien-
sis Ecclesiae Archiepiscopo; Friturico sanctæ Moguntinæ sedis
Archiepiscopo; Rhoterto sanctæ Treuirense Ecclesiae Archie-
piscopo; Ardolodo sanctæ Rhenensis Eccl. Episcopo; Adalgago sancte
Hainmeburgensis Eccl. Archiep. Richgauione Wangionensis Eccl.
Archiepiscopo; Keroldo sanctæ Iuuanensis Eccl. Archiep. Vdalrico Au-
gustensis Eccl. Episcopo; Bernardo Habalrestensis Eccl. Episc. Thiedar-
do Hildinesheimensis Eccl. Episc. Dudone Padebrunnensis Eccl. Episc.
Cuonrado Constanciensis Ecclesiae Episcopo; Starcando Eiflettenensis
Ecclesiae Episcopo; Reginaldo Nemetensis Ecclesiae Episcopo; Bob-
bone Wirciburgensis Eccl. Episcopo; Adalberone Metensis Eccl. Episcopo;
Gochlino Tullenensis Ecclesiae Episcopo. Berégero Virdunensis Ec-
clesiae Episcopo; Balderico Traiectensis Ecclesiae Episcopo; Wicher-
do Ba-

do Basiliensis Ecclesiae Episcopo; Duodone Olneburgensis Ecclesiae Episcopo; Eberiso Mimidonensis Ecclesiae Episcopo; Hildeboldo Mimigardeuurdensis Ecclesiae Episcopo; Varaberto Tungensis Ecclesiae Episcopo; Volgberto Camaracensis Ecclesiae Episcopo; Rudolfus Lugdunensis Ecclesiae Episcopo; Michaelae Radesbonensi Ecclesiae Episcopo; Adalberto Lauriacensis Ecclesiae Episcopo; Liopdagus Ripuenis Ecclesiae Episcopo; Oredo Sueuicensis Ecclesiae Episcopo; Reginbrando Arifuenis Ecclesiae Episcopo; cum ceteri Abbarum, Canonorum, nec non & Monachorum; viuis spiritus amore frequentium, quatenus ecclitius adminiculati zizaniae diuini cultus agro ab inimica manu supersita, Canonicarum sarculis sententiarum raditus extirparentur.

Igitur recitat primitus Euangelio, oramineque finito, & factorum Canonum quamplurimis institutionibus linguarum clavis coram reclusis, Missus Apostolicae Sedis chartam suę legationis honorificè protulit; in qua pro debita reverentia dono Romano Pontifici exhibendo commoniti sunt, ut vniuersali Ecclesiae puppis exceptata tranquillitatis portu secura succedat, seq; procello tribulacionum turbine vexari diutius non timeat. Significatum est autem in iusdem recitaminis sententia prædictum Praefulem Marinum ab ipso vniuersali Papa tali tenore ad nosfros fines directum fuisse, quo in omni Ecclesiasticarum legum discussioni ipsius existens Vicarius, quocunque liganda essent, Apostolica auctoritate ligaret: & quis folienda viderentur, parili solueret potestate. Huiusmodi proculdubio affaminis tam salubri missatico gloriissimi Reges præfati cum Pontificibus, omniumque Clero congratulantes, ut dignum fuisse in omnibus consentire & obedire professi sunt. A quibus auctorante & confirmante legato Apostolico capitula subsequentia statuta sunt.

Dehinc ex sessionis suæ loco se subrigens in clytus Rex Ludouicus ad presentiam serenissimi Regis Ottonis, totiusque sanctissimi Concilii vnanimitatem satis lacrymosi conuentus protulit querimoniam, videlicet quod regia priuaretur potestate à quodam Principe Hugone nominato, quondamque sibi subiecto, cuius anxietati & multimodæ reclamationi condolentes in unitate Spiritus co-

adunati sanctissimi Patres eiusmodi super hac re
sententiam protulere.

Reile

Reclamatio Ludouici, qualiter Hugo Comes illum de regno suo priuat.

CAPVT I.

NVllus deinceps regiam potestatem præsumat populari, seu aliquam perfidia maculam sibi fallaciter exhibere: Decretimus enim Toletani Concilij iudicium execundo, Hugonem Regis Ludouici Regni inuaforem & raptorem excommunicationis gladio ferendum, nisi forte tempore statuto ad Synodale Concilium veniat, & tam nefaria proteruitate satisfaciendo resipiscat.

Item reclamatio Ardoldi Episcopi, qualiter Hugo Pseudoepiscopus Sedem suam illicitè inuasit.

CAPVT II.

Ardoldus Rhemensis Ecclesie Archiepiscopus ppria de Sede expulsus ex canonica auctoritate in pristinum honorem inthronizatus; Hugo autem, qui eius Sedem contra fas sibi usurpat, anathematis est mucrone multatus, eiusque ordinatores, & qui ab eo sunt ordinati, nisi VI. Idus Septembriis Treuiris veniant, & ibi pro erratis dignam satisfaciendo penitentiam subeant, similem excommunicationis sententiam sustineant.

Item reclamatio Rudolfi Lugdunensis Ecclesie Episcopr.

CAPVT III.

DE antedicto Hugone Comite, qui Ruodolphum Lugdunensis Ecclesie Episcopum propria de Sede, non causa alicuius criminis, sed pro fidelitate Ludouici p̄fati Regis proprii senioris expulit, decet euimus in sancta Synodo cū pro hac re, sicut de præscripta, excommunicandum, nisi vniendo satisfecerit.

CAPVT IV.

VT Laici sine Episcopali licentia Presbyteris Ecclesias dare vel
mittere non præsumant.

CAPVT V.

VT nullus Laicorum Presbyterum flagitare seu fatigare, vel
quam sibi iniuriam inferre audeat.

CAPVT VI.

VT Paschalis hebdomada festiuè tota celebretur; & in Pentecosten II. III. IV. feria non minus quā dies Dominicus solenniter honorentur.

CAPVT VII.

IN Letania maiore ieiunium, sicut in Rogationibus ante Ascensionem Domini, exerceatur.

CAPVT VIII.

VT oblationes fidelium quater altari deferantur, nihil omnino ad Laicalem pertineant potestatem, dicentes scriptura, quia id est deseruunt, de altario partcipentur.

CAPVT IX.

VT decimæ, quas Dominus præcipit in horreum suum defensum Ecclesiis Dei non fuerint redditæ, sed nefaria cupiditate, quam sevior ætnæ ignibus ardet, à secularibus fuerint retentæ, secularibus per hoc non exerceantur iudicia, nec in forenibus discutiantur causæ, sed in sancta Synodo ab ipsis sacerdotibus, quorum deputata sunt veritasibus, quid exinde debet auctoritati certis diffiniatur promulgationibus.

CAPVT X.

VT Euangelica auctoritate & sacrorum Canonum institutione, videatur aliquid de- poenasq; pponere diuini iudicij, ut nostra sit absoluta concilia- tia, & illarum pro se rationem Deo reddat intentio. Caudam eff. quippe, quod de earum moribus actibusq; beatus Paulus testatur Apostolus. Quod planius exponere præterimus, neexus instabilis oportet deterreri, quam admoneri videatur.

Finis Synodi Ingilbenensis.

De hac Synode multa Card. Baronius Tom. X, anno Christi 948. ex Frodoardo.

ADMO.



ADMONITIO DE ALCVINO.

Ibri Alcuini de Trinitate; Quæstiones ad Fredegisum, & Epistolam ad Eulalium, ante aliquot annos Constantia euulgauit, licet exsistat Tom. 3. Biblioth. SS. Patrum; sed copiosior est Constantiensis editio, in qua post tertium librum de Trinitate subiungitur invocatio ad SS. Trinitatem, & symbolum fidei de eodem mysterio. Et post Epistolam de ratione animæ ad Eulaliam Elegiacum & alterum Adonicum cum precatione ad Christum; quæ omnia desunt in Bibliotheca SS. Patrum; reperimus tamen in Cod. M. scripto S. Galli; in quo itidem inest prefatio Alcuini ad Carolum Magnum Imperatorem in tres libros de Trinitate; quam nobis etiam representat Bibliotheca SS. Patrum. In editione Constantiensis deest. Codex S. Galli ad finem præfationis hos habet versus.

O Rex Augusto clarissime dignus honore
Et Dux & Doctor & decus Imperii.
Te Pater atq[ue] Patris proles, te Spiritus almus
Protegat, exalte saluet, honoret, amet.
Quem tua per populos, terras, per regna, per urbes:
Mens pia permandet semper amare Deum.



rr 2 NO.

NOTAE IN VITAM
S. CUTHBERTI CARMINE A
VENERABILI BEDE SCR.

Lib. coll. Soc. Terc. Tadensis PTA M. a. 1610

BAm vita S. Cuthberti typis excusa erat: cum ecclesia Velsoro nostro antiquissimae adferuntur membranae, in quibus haec ipsa vita exarata erat. Conferre cum Editione nostra placuit: tum ut locis non sanis nonnulla medicina fiat, tum ut quedam lacuna exemplum. Enim & apud S. Gallum alius Codex, in quo haec ipsa Beda lucubratio continetur, quem, ut spero, cum nostra editione comparabit aliquando R.P. Iodocus Mezlerus. Sunt autem membranae à Velsoro missa ac phalæ quarum initium est sextum caput. priora desiderantur.

Pag. 695. v. 28. vigilum. p. 696. v. 7. illo. Ibid. v. 19. olui. Ibid. v. 21. medium. Ibid. v. 32. Itener. p. 699. v. 16. iusloq. Ibid. v. 19. habui. Ibid. v. 21. artus. Ibid. v. 31. Quod tantum hesterna superercent fragmæ cœnæ. pag. 700. v. 4. cerno quod, Ibid. v. 22. noctem. Ibid. v. 27. villa. p. 701. v. 26. qui nullo. Ibid. ver. vlt. qua terna. p. 702. v. 4. fontis. v. 15. videtur leg. Et super haec vates, conuijna solibus inquit Conditor et quauit. Sic enim sensus constat, uterque Codex habet. Et. Ibid. v. 24. hospita non est. Ibid. v. 28. discas. Ibid. v. 30. aquilam vagabundam fecantem. Ibid. v. 34. at altus. p. 703. cap. 12. in titulo. flamas. Ibid. v. 26. penitentia. Incubuit. Pag. 704. v. 3. ætherio. Ibid. v. 10. vatis pro vates, ut pallium alibi in toto hoc poemate. v. 11. tempore namque fuit. Ibid. v. 12. celle. pag. 705. v. 18. externum. p. 706. v. 21. Quas si. Ibid. v. 28. Recindunt. p. 707. v. 22. bases probasis. Ibid. v. 27. pangere. pag. 708. v. 12. Apicio et monachi, quæ semper. Ibid. v. 32. Annuit & pelagi. p. 709. v. 4. Prophetis pro Prophetes. Ibid. v. 13. Forsan & haec inter Dominus fibi fecerunt & huius qui regat imperii. Ibid. v. 15. fratris. Ibid. v. 24. Quod indistincta gerit. Ibid. v. 30. adamatis. Ibid. v. 32. Aelfleda. pag. 710. v. 8. veritus incola terris. Ibid. v. 13. patrio. Ibid. v. 18. committit. pag. 710. v. 13. gratias. Ibid.

Ibid. v. 20. vel tegmina suæ. Ibid. v. 27. triflabat. pag. 712. cap. 30. in
 titulo. Herebercht. pag. 713. v. 1. Hunc decet hunc epulis & linguæ
 dacere festis. Ibid. v. 13. sub carcere clausus. pag. 714. v. 8. frondiferi
 quendam. Ibid. cap. 33. in titulo: commemorans illi. Ibid. v. 26. Tangi-
 tur. Ibid. v. 29. Quæ fesso. Ibid. v. 32. iam condere. p. 715. v. vlt. cauit.
 p. 716. v. 1. fueram. Ibid. v. 2. seu ère. p. 717. v. 3. quo vitam teste ferebat.
 Ibid. v. 5. premeret dum Farne. Ibid. v. 20. sed hostis te duce, &c. Ibid. v.
 vlt. Lindisfarnæ. p. 718. cap. 38. pro XI. memb. IX. mendosè. p. 720. v.
 13. serus. Ibid. v. 20. infasq;. Ibid. v. 27. æquiperent. Ibid. v. 28. humili
 sub domate. p. 721. v. 4. appendit quæ dextera. Ibid. v. 7. clarescit cha-
 lybs Libyco pretiosior auro. Hæc ex vetustis illis membranis. Quæ e-
 tiam continebant Bedæ carmen de Virginitate: Et Paraphraſin in
 Psalmum 83. & 112. sed poëma de Virginitate exſtat in Eccle-
 ſiſtico Historia Bedæ: Et Paraphraſis iam olim
 vulgata est cum Hortulo Rhabani
 Mauri.

Laus Deo, Virginiq; Matri.

